

o 07

Dilectemur in affectu caritatis. ut exaltemur in gloria celsitudinis. Compa-  
tiamur per amorem proximo. ut coniungamur per cognitionem deo. Condescenda-  
mus fratribus in terra. ut coequemur angelis in celo. Quia uir  
qui sua imagine redemptorē signat. mensus ē latitudinem edificii  
calamo uno. Hic igitur metat mores. pensat opera. cogitationes confi-  
derat. ut sine fine postmodum retributionem reddat. Ihesus christus dominus uni-  
genitus patris. qui cum eo uiuit et regnat in unitate spiritus sancti. Amen.

**Explicit omelia. xiii. Incipit. xiiii.**

**V**ir cuius calamus mensure in manu eius. ecce describitur quia ue-  
nit ad portam. que respiciebat ad uiam orientalem. Quis uero  
alius portę huius appellatione signat. nisi ipse dominus ac redemptor noster.  
qui nobis uiam factus est regni celestis. sic ipse ait. nemo uenit ad pa-  
trem nisi per me. Sed cum eundem uirum lineis indutum figuram domini tenere  
dixerimus. querendum nobis est. qua ratione conueniat. ut isdem dominus et  
uirum designari ualeat et per portam. Dum uir uenit ad portam. nunc  
nisi ipse uenit ad semetipsum. An ita est. quia et in euanglio ipse uelut  
dicens. Qui non intrat per ostium in uile ouium. sed ascendit aliunde. ille  
fuit et latro. Qui autem intrat per ostium. pastor est ouium. Et paulo post  
dicit. Ego sum ostium. Atque uerum subiungit. Ego sum pastor bonus.  
Si ergo pastor intrat per ostium. et ipse est ostium. ipse pastor. ipse  
perculdubio intrat per semetipsum. Ecce dum hezechielis sensum enodare  
cupimus. de euanglio eius questionem ligamus. Querendum nobis est.  
quid uerum et ipse intrat. et per semetipsum intrat. Dominus etenim ac redemp-  
tor noster. cum sancta ecclesia quam redemit. secundum carnem una substantia est.  
paulo attestante qui ait. Adimpleo ea que defunt passionum christi  
in carne mea. pro corpore eius quod est ecclesia. Uuis captus corpus ecclesia est.

ad Portam  
Ioh.

Questio.

Ioh.

Sot.

Questio.

Paul.